

TABELLA CONTINUATIONIS

mediarum ☉ & ☽.

☿ Ab una ☉ aut ☽ in aliam.

Tempus:				Motus medius ☉.				Argumentum medium ☽.			
D.	H.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.
29	12	44	3	10	29	6	24	10	25	49	1

☿ A ☉ ad ☽, & ab ☽ in ☉.

Tempus.				Motus medius ☉.				Argumentum medium ☽.			
D.	H.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.
14	18	22	2	10	14	33	12	6	12	54	30

☿ Tempus ueræ coniunctionis aut oppositionis inquirere,



**P**RIMO quære medium motum Solis, eiusq; argumentum subtracta Solis auge à medio eius motu, & medium argumentum Lunæ tempore ☉ aut ☽ mediæ. ☿ Secundo numera in interiori orbe medium argumentum Solis, & horas ac minuta quas terminus numerationis inter descendentes lineas contingit, in Abaco seorsim notato. ☿ Tertio argumentū mediū Lunæ in exteriori orbe cōputato, horasq; ac minuta ab eo inter descendētes lineas prioribus subscribere, eiq; simul iunge, quamlibet suo generi fractionem, si in una eademq; parte medium Solis ac Lunæ argumentum reperisti, aut subtrahe si in diuersis. ☿ Quarto uide minuta transuersalia inter transuersales lineas, quæ idem argumentum Lunæ terminant, eaq; duc in numerum horarum & minutorum distantia mediæ, ac productum subtrahe ab horis & minutis mediæ distantia, & pducetur inter mediam & ueram copulam, aut oppositionem æquata distantia. ☿ Quinto distantiam æquatam iunge tempori ☉ aut ☽ mediæ, si Lunæ argumentum propius fuerit in suo orbe puncto B, quàm Solis argumentū, aut subtrahe si econtra, quodq; ex hac operatione proueniet, erit tempus ☉ aut ☽ ueræ diebus nō æquatis. Vt tempore ☉ mediæ fuere mediū motus hi.

	S.	G.	M.	S.
Medius motus Solis.	9	27	16	16
Medium argumentum Solis.	6	26	54	0
Medium argumentum Lunæ.	2	22	6	21

☿ Cum argumento medio Lunæ tempore ☉ mediæ, scilicet anno 1520 completo, die 7 Ianuarij, horis à meridie 21, m̄. 46, secundis 49, superius inuento, in exteriori orbe æquatorij reperio horas 10, minuta 18 ferè, ac minuta transuersalia 5, secunda 10. In interiori autem orbe cum medio Solis argumēto horas duas, minuta 15. Has itaq; horas coniungo, cum